

## LETOPIS JARLOCHŮV.

Non latuit hoc episcopum, quod statim ad aures detulit imperatoris, cuius ille uerbis nimium credulus, prefatum ducem P[remyzlaum] tanquam lesae maiestatis et ledendae personae reum ducatu Boemiae abiudicauit, et pro eo episcopum cum uexillis, sicuti mos est, solempniter inuestitum in Boemiam remisit, insuper et omne debitum dimisit. Fama huius facti aduentum eius longe ante precesserat, cum ecce Boemi nostri maiores natu, ut ipsi oculata fide perspeximus, ducem suum uanis seducebant spebus iurantes et filios suos dantes obsides, quod eum nullo modo desererent, nulla necessitate dimitterent. Verum ubi nunciatus est aduentus episcopi, procedunt quidem cum duce suo facturi fidem uerbis suis. Sed cum uenissent ad locum na [Beron]<sup>1)</sup>, in quo multorum reuelandae fuerant cogitationes, illico [cum episcopus esset na Zdice]<sup>2)</sup>, transfugiunt ad episcopum unus post unum, incipientes a senioribus. // Et dux quidem P[remyzlaus] fugae presidio saluatus est, at episcopus magno precedentium ac comitantium tripudio deductus est Pragam. Quam post quatuor mensium obsidionem tandem in quinto recepit, scilicet imminentे festo dominicae natuitatis, et presente domno Kain, Olomucensi episcopo, pro quo hac de causa missum fuerat, ut castrenses uinculo anathematis innodatos absolueret, sicut et fecit. Qui etiam ordinationem fecit clericorum in choro Pragensi sabbatho quatuor temporum<sup>3)</sup>, sed melius fuerat, si non fecisset, quia ecclesiam Christi misit in errorem per sacerdotes et leuitas, quos omnes sine impositione manus ordinavit. Super hoc articulo magister Arnoldus legatione fungens predicti ducis et episcopi consuluit papam felicis memoriae Celestimum, qui precepit, sicut ille narrauit, ordinatos non reordinari, sed solummodo inter ordinandos stare ad ordinem et solam manus impositionem recipere, quam minus acceperant. Retulit hec ex ore domni apostolici et quainuis auctenticum super his non haberet, nichilominus tamen creditum est ei, tamquam honesto uiro et fideli nuncio. Factumque est ita, sicut

To nebylo tajno biskupa; ihned k uším to donesl císařovým, kterýž slovům jeho přilišně důvěřuje, zminěného knížete Přemysla jako pro uražení velebnosti a pro obmyšlené uražení osoby své knížetství Českého odsoudil, a za něho biskupa s korouhvemi, jakož obyčej jest, slavně obdařeného do Čech nazpět poslal, nadto též jemu celý dluh odpustil. Pověst o této události příchod jeho daleko byla předstihla, když tu české naše panstvo, jakož na vlastní oči jsme spatřili, knížete svého planými svedlo nadějemi přisahajíc a syny své dávajíc v rukojmí, že jej žádným spůsobem neopustí a v žádné potřebě neostaví. Však když oznámen jest příchod biskupův, šli sice s knížetem svým, aby dostali slovům daným. Ale když přišli k místu jednomu nad Berounkou, kde mnohých mělo být odkryto smýšlení jejich, přešli ihned k biskupovi, jenž byl ve Zdicích, a to jeden po druhém, začavše od starších. A však kníže Přemysl útěkem spasil se, biskup pak s velikým napřed jdoucích i provázejcích jej plesáním přiveden jest do Prahy. Ji po čtyrměsíčním obléhání posléze v měsíci pátém dobyl, totiž krátce před svátkem narození pána, u přítomnosti pana Kaina, olomouckého biskupa, pro něhož z té přičiny posláno bylo, aby Hradčanům poutem klatby stíženým rozhřešení dal, což také i učinil. Ten také světiti jal se kleriky v kůru Pražském v sobotu o suchých dnech, ale lépe by bylo bývalo, kdyby tak byl nečinil, poněvadž v církvi boží spůsobil zmatek skrze kněží a levity, které vesměs bez vložení rukou vysvětil. O tomto kuse mistr Arnold jako vyslanec řečeného knížete a biskupa radil se s papežem řastné paměti Celestinem, který poručil, jakož onen vypravoval, aby vysvěcení nebyli znova svěcení, nýbrž pouze aby mezi těmi, kteří býti měli svěcení, stáli k svěcení a toliko ruky vložení aby přijali, jehož nebyli obdrželi. Přinesl to z úst pána apoštolského, a ač listu na to neměl, předce se mu uvěřilo, jakož poctivému muži a věrnému poslu. Stalo se jakož byl pravil, rukou pana Englberta, olomouckého biskupa, který po řečeném Kainovi ne-

<sup>1)</sup> na Beron nadepsáno jest nad slovy multorum reuelandae. — <sup>2)</sup> cum — Zdice připsáno toutéž rukou po straně, ale se znaméním, jakoby se slova ta položiti měla za slovo locum, což se ovšem méně hodí. — <sup>3)</sup> 18 Pros.